Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26352
Copyright: Admont, Benediktinerstift

53

duos habet populos iudeorum et gentium. et
prophetis qui per fidem ex utroque saluandi sunt
populo. huiusmodi facta est angelorum congratulatio.
Vinea inquit fuit pacifico. in ea que ha
bet populos. Ac si beati dicant spiritus. Ihesus
noster pacificus. qui pacem et concordiam inter
nos et homines reformauit. huc usque
notus tantum in iudea. quasi unam uineam
idem synagogam habuit. et nunc per redemp
tionem passionis et mortis sue. tam ex iu
deis quam ex gentibus. innumeros sibi acquisi
uit credentium populos. ex quibus in amore
fidei unam sibi copulauit sponsam. sanctam scili
cet ecclesiam. quam etiam custodibus tradidit
peruigili custodia custodiendam. Vnde sequitur.
Tradidit eam custodibus. Et quibus tradidit
eam custodibus. nisi ipsis qui hec eadem congratulan
do dicunt angelicis uidelicet spiritibus.
Hii perfecto peregrinantem in hoc seculo domini sui
sponsam. uniuersam scilicet ecclesiam. assidua
protectione custodiunt. et ingressum ex huius
incolatu seculi. eidem domino suo perpetuo coro-

55